Ck.158. (5) ... 49.
Ve 3259
X 1975727

Quod Deus benè vertat!

# DISPUTATIO INAUGURALIS

De

# SERENISSIMORUM PRINCIPUM, EX ELECTORALI ATQUE DUCALI DOMO SAXONICA, PRIVILEGIIS:

De

# NON EVOCANDO, ET NON APPELLANDO,

Quam

*Decreto, & autoritate Magnifici, Nobiliſſimiq; JCtorum Ordinis, in inclutâ Salanâ,*

Sub Præsidio

Magnifici, Nobiliſſimi, Ampliſſimi, & Conſultiſſimi,

**Dn. DOMINICI ARUMÆI, JCti**

Celebratiſſimi, Hæreditarii in Lobedaw & Eſchwitz, Conſiliarii Saxonici, Profeſſoris Pub. p. t. Academiæ Rectoris, & Scabinatus Ordinarii meritiſſimi, Dicaſterii item Provincialis Adſeſſoris primarii &c. Dn. Promotoris, ac Præceptoris ſui æternùm venerandi, obſervandi,

*Pro conſequendis ſummis in Utroq; Jure Privilegiis, Honoribus & Dignitatibus,*

ad diem 6. Maji

*publicæ cenſuræ ſubmittit*

**BALTHASAR KAUXDORFFIUS, Torgâ - Miſnicus.**

BIBLIOTHECA PONICKAVIANA
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

---

JENÆ

Literis hæredum Weidneri, Anno 1636.

H. G. P.
260.
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-37704-p0001-8
DFG

VIRO
*Magnifico, Ampliſsimo, Conſultiſsimo & Excellentiſsimo,*

DN. FRIDERICO HORTLEDERO
JCto longè celebratiſſimo,
Illuſtrisſim. ac Celſiſſ. Principum ac Ducum Saxoniæ Lineæ Vinarienſis Conſiliario eminentiſſimo,

*Domino, Evergetæ, & Promotori ſuo omni obſervantiæ cultu æternùm devenerando,*

Diſputationem hancce inauguralem
in
Debitæ gratitudinis Symbolum
&
Ulteriorem recommendationem
*officioſè dedicat & conſecrat*
B. K. T.

# IN NOMINE SANCTÆ ET INDIVIDUÆ TRINITATIS FELICITER, AMEN.

INter alias juris noſtri partes locum non poſtremum obtinent privilegia: Quæ Jacobus Bornitius, JCtus eminentiſſimus, Torgaviæque Electoralis (unde mihi origo eſt) ſingulare decus, rectè definit: Jura ſingularia quib. præter jus commune, privilegiati ſingulatim gaudẽt & utuntur. *c. 32. de jure majeſt. polit.* Tametſi enim *Cujac. 15. obſerv. 8. & Ravard. ad L. 12. tab. c. 2.* jura ſingularia à privilegiis diſtincta eſſe differant: Tamen & juris ſingularis definitio, tradita *in l. 16 ff. de legib.* privilegiis quoque competit, & nominis notatio. Jus enim ſingulare inde tale dicitur, quod in perſonas ſingulas, caſusvè, aut cauſſas ſingulatim, ſemel atque iterùm tantùm, non frequenter incidentes, latum ſit. Secus, atque jus commune *l. 3. 4. 5. 6. 16. de legib.* Atque ita etiam fertur privilegium, ſive tandem id ab eo, quod legem generalem in aliquâ ſui ſpecie excipiendo privet, dictum putes cum Accurſio, ejusque defenſore Forcatulo *Dial. 2. n. 4.* Sive quod nihil aliud ſit, quam lex in priva, hoc eſt ſingula, ſcripta atque lata, interprete *Tullio in lib. de legib.* quem anteceſſorem ſequitur *Cujac. 15 obſerv. 8. Oldendorp. in libell. de jur. ſing. in princ. Forcat. Dial. 2. n. 4. Coraſ. p. 2. de jur. act. c. 10.*

Sunt autem privilegia (ut cum Modeſtino dicam. *l. 169. de R. J.*) vel cauſſæ, vel perſonæ. Illa, ad hæredes transeunt; Hæc intermoriuntur cum perſonis. *Johan. Ramus lib. 2. enchir. de R. J. axiom. 17. Bornitius d. c. 32.* Utriusque generis exempla,

ex civili Romanorum Jure adferri poſſent innumera: Sed placet, hoc quidem tempore, adferre ſaltem ex privilegiis cauſſæ ſive realibus perpauca quædam ex civili Germanorum jure. Eademque non quorumvis; Sed Sereniſſimorum Principum, de Electorali atque Principali Domo Saxonica. Nimirum;

Privilegium de non evocando. Et Privilegium, de non appellando.

Quid enim, ſi, An privilegia omninò irroganda ſint? Vel: An irrogāda viris principibus, ſubdubitemus? Cum alterū nec Decemviros *in 12. tabulis* ſimpliciter negaſſe, verius ſit; Quicquid Oldendorpio *ad L. 12. tab. c. 19.* & Bodino Rævardus contradicat *ad L. 12. tab. c. 2.* Aliique inter ſe variè diſputent *Cujac. 15. obſerv 8. Rittershuſ. Dodecadelt. claſſ. 2. c. 2.* Alterum verò jam dudum eleganter adſertum à Bornitio *d. c. 32.* Quare enim, qui ſuis conſiliis, ſuisque laboribus pro orbe Romano, die, noctuque laborant, in ſolicitudinis, curarum, conſiliorum, & laborum partem ab Impp. aſſumti *l. un ff. de offic. præfect. præt. A. B. Car. 4. tit. 7. & 12. in princ. & tit. 26. §. cum ſacri.* non habeant dignam fortunâ ſuâ prærogativam? *l. bene à Zenone circa finem C. de quadrien. præſcriptione.* Et quare jura principalia culmen aliquod præcipuum non habeant, cum Imperialis tamen fortuna omnes alias ſuperemineat? *l. 7. C. de bonis quæ liberis.* Wann der Hirte nicht mehr Freyheit hette / dann das Schaff / ſo müſte er auch Graß eſſen / cùm proverbialiter, tùm jucundè ſcriptum, dictumque ab aulico concionatore Wirtenbergico, *Mich. Schæfero.* In den Regiments Regeln *Concion. 1. f. 15.*

Afferemus autem non, quæcunque campus privilegiorum tantorum poſcit, dicturi omnia; Sed delibaturi tantùm ea, quæ diſputationis aleæ obnoxia: Juxta Circumſtantias, Perſonæ, Cauſæ, Qualitatis, Quantitatis, Tēporis, Loci, Eventus. *JCti in l. 16 ff. de pœnis*, preſſuri veſtigia. Cum jure Canonico, *in c. 19. diſtinct. 1. de pœnitentia.* Johan. Georg. Arnold in der Politiſchen Weisheit & aliis. Veluti

## I.

I. *Circumſtantia perſonæ: Dantis.*

An privilegii Saxonici de non evocando, primus autor ſit Sigismundus Imperator?

Plerique quidem, qui modò privilegii noſtri meminêre, ita de eo ſcribunt & ſentiunt. Nos autem negandum ducimus. Nam primus hoc indulſit Carolus 4. Imp. Rudolfo I. ſive Seniori, Saxoni, familiæ Anhaltinæ *A. B. tit. 11. in fin.* Ut enim dignitas Electoralis Saxonica quinque diverſis familiis, Luneburgicâ, Supplingburgicâ, Gvelficâ, Anhaltinâ, & Misnicâ hodiernâ: Ita familia Anhaltina diverſis etiam Rudolfis claruit:

Rudolpho Seniore ſive I. Quem Carolus 4. cùm aliàs, tùm in Curiâ Noribergenſi cum A. B. conderet, fidiſſimum ubique ferè locorum conſiliarium & aſſiſtentem habuit.

Rudolfo minore ſive 2. Qui Meti in Electorali curiâ, itidem Carolo 4. caput 24. Aureæ Bullæ promulganti, à conſiliis fuit: Templum arcis Electoralis Witteb. condidit: Pagis, Academiæ hodiè aſſignatis, id dotavit.

Rudolpho 3. Qui Sigismundum noſtrum Annô 1411. elegit; Filios ſuos, Rudolphum, Sigismundum & Wenceslaum, familiæ totius fulcra, Schweinitzii in Electoratu Saxonico, noctu oppreſſos, amiſit. Videatur *Laurentius Peckenſtein in theat. Sax. p. 1. f. 128. Balthaſar Mencius* im Sächſiſchen Stammbuch. *Et in Syntagmate Epitaphiorum Witebergenſium. Jacob. Fabricius lib. 9. orig. Sax. f. 115. Georg. Spalatinus apud Magnif. Hortlederum lib. 4. de cauſ. bell. G. c. 23. n. 29. & ſeqq.*

## II.

An privilegii de non appellando, autor quoque ſit & renovator atque confirmator primus Sigismundus Imperator.

Ita ſanè arbitratur Zinzerling, qui privilegium Sigismundinum de non evocando unum idemque eſſe putat cum privilegio de non appellando.

Verùm, cum in hoc fallatur, rectius dixerimus, ſi poſt Carolum 4. datorem ejus primum *A. B. tit. 11.* inclytæ memoriæ Ferdinandum hujus nominis 1. autorem ejus ſimultaneum, innovatorem, & confirmatorem dicamus. Nihil enim diſſentientes juvat §. Es were auch vnſers Vorfahren am Reich / *privilegii Ferdinandini de non appellando*, *quod impreſſum extat apud Limnæum lib. 3. de jur. pub. c. 10.*

## *III.*

An utrumque privilegium datum Solis Electoribus Saxoniæ, non Ducibus, à primo acquirente deſcendentibus?

Ducibus quoque dictis datum eſſe luculentiſſimè aſſerit

I. *A. B. c. 11. ibi:* Eandem conſtitutionem virtute præſentis legis noſtræ Imperialis, ad Illuſtres Comitem Palatinum Rheni, Ducem Saxoniæ, & Marchionem Brandenburgenſem, Principes Electorales ſeculares, ſive Laicos hæredes, ſucceſſores, & ſubditos eorum, pleniſſimè volumus &c.

2. Privilegium Sigismundi Imperatoris Friderico I. Saxoniæ Electori datum Kesmarci die annunciationis Mariæ Anno 1413. in verbis: Darumb haben wir Jhme vnd ſeinen Erben die beſondere Gnade vnd Freiheit gethan.

3. Renovatio ejusdem privilegii per Maximilianum I. Imp. facta, Friderici Sapientis ſive 3. Electoris, & Johannis Conſtantis, Fratrum Ducum Saxoniæ, tempore, Oeniponte, die 20. Auguſti Anno 1497. cujus verba hæc ſunt: Wir Maximilian wollen / daß die jtzt genandten vnſer lieben Oheimen H. Fridrichs vnd Hertzog Johanſens zu Sachſen / Jhren Erben vnd Nachkommen / Leut / Edlen / Graven / Ritter / Knecht / Vnterſaſſen im Churfürſtenthumb zu Sachſen / Landgraffthumb in Düringen / Marggraffthumb zu Meiſſen / vnd in andern jhren Landen vnd Herrſchafften geſeſſen / für keinen andern Richter / oder Gericht / noch ſonſt zu recht / geladen werden ſollen / dann vor obgenante

nandte vnſere Oheimen vnd jhre Amptleut.

4. Renovatio Caroli 5. Imp. iisdem fratribus, verbis planè iisdem data Wormatiæ d. 2. Maji Anno 1521. Hiſce tamen adjectis limitationibus. 1. Es thetens dañ (oder erſchienen dann) die Vnterthanen mit gutem Willen. 2. Oder were Klägern wiſſentlich recht verſagt/ oder gefährlich verzogen/ vnd des glaubwürdigen Schein vnd Vrkund fürbracht. Accedit

5. Conſtitutio provincialis Wilhelmi 3. Ducis ſaltem Saxoniæ, edita Weiſſenſeæ Dominica poſt Epiphaniæ Anno 1446. cujus hæc ſunt de ſe ipſo, ſuarumque terrarum ſubditis, verba, planè memorabilia: Item es ſeynd bißher durch die Einwohner vnſer Lande viel ausländiſcher Gericht geſucht/ daß den Landen ein Vnehre vnd auch groſſer Schade vnd mercklich Verderbnüß iſt/ nun das fürbas zu bewaren/ ſo haben wir geſatzt/ vnd beſtalt/ daß fürder mehr kein Einwohner vnſer Lande/ Herrſchafft vnd Gebiete niemals vor kein ausländiſch Gerichte/ es ſey geiſtlich oder weltlich/ ziehen oder fordern ſol/ vmb keinerley Sachen/ wie die geſeyn mag. Dann iſt eine Sache geiſtlich/ vnd gehöret billich vor geiſtlich Gericht/ ſo ſol der Kläger die vor geiſtlich Gericht bringen in vnſern Landen/ dahin ſie gehöret/ vñ ſich davor an Recht genügen/ die Sache auch/ da ſie angefangen wird/ zu Ende lauffen laſſen/ vnd davon an keine frembde Gerichte auswendig vnſern Landen beruffen/ wann man Doctores vnd gelehrte Leute in den Landen darzu zu gebrauchen/ wol gehaben kan/ davon deshalben nicht Bruchs ſeyn darff. Ausgeſchloſſen wo geiſtliche Leute zu ſchicken genommen vmb geiſtlich Lehn/ das mögen ſie austragen an dem Ende/ da es ſich gebührt.

Iſt aber die Sache weltlich/ ſo ſol man die anbringen vnd fordern an den Stülen vnd Gerichten/ darunter

der

der Antworter geſeſſen iſt / vnd daran die Sache gehöret. Für demſelben Gerichte ſol der Kläger ſeiner angefangenen Forderung folgen biß vff Ende / vnd ſich davor am Rechte genügen laſſen/ſich auch davon an kein ausländiſch Gerichte beruffen. *Et artic. 6.* Were es nun/daß jemand wer der were in vnſern Landen/ Herrſchafften vnd Gebieten wonhafftig/ ſich am Rechte vor geiſtlichen oder weltlichen Gerichte/in den Landen/inmaſſen obgerüret iſt/nicht gnügen laſſen/ ſondern davon beruffen/ oder ſonſten ausländiſche Gerichte wider die Vnſern suchẽ würde/ derſelbe ſol von ſtund als ein Echter des Landes gehalten werden/ vnd ſol fürder nimmermehr in vnſer Lande kommen/ ſondern die ewiglichen räumen/vnd durch keinen Weg wieder eingenommen werden/vnd jeglicher mag ſich zu demſelben vnd zu ſeinem Gute halten mit Rechte / ohn alles Hindernis/als zu vnſerm vnd vnſer Lande rechten Echter. Wann auch derſelbe Boten auſſenden würde/ es were mit Brieffen oder anders / der Brieffe ſol man keinen auffnehmen/ ſich nichts daran kehren/vnd ſich zu dem Boten gehalten / vnd mit jhm gebähren/als mit demſelben Echter/ohne alle Verſchonung.

Addatur 6. privilegii Ferdinandini de non appellando locus eximius, ad hanc ipſam Wilhelmi 3. conſtitutionem ſimul reſpiciens, eamque approbans. Nempè: Solches alles hetten auch gemeine Stände vnd Vnterthanen der Chur vnd Fürſten zu Sachſen bewogen/ vnd bey J. Liebd. als dem Landfürſten/ vor vielen Jahren angeſucht/ derhalben eine ausdrückliche Vorſehung zu thun. Drauff dann die damals regierende Chur vnd Fürſten eine Landsordnung mit gemeiner Stände jhrer Landſchafft Bewilligung auffgericht vnd publicirt/ darinn die appellation Beruffung von J.L. bey Poen der Acht verboten.

7. Clariſſima ſunt denique ipſius privilegii Ferdinandini de non appellando verba Anno 1555. Non enim de Auguſto Saxone Septemviro, ejusque hæredibus & ſucceſſoribꝰ ſolùm, ſed nominatim etiam de Ducibus Saxoniæ, Johanne Friderico medio, Johanne Wilhelmo, & Joh. Friderico juniore eorumq́; hæredibus: Von Ihrer aller Leibserben vnd den gantzen Stamm vnd Hauſe zu Sachſen expreſsè diſponunt.

## IV.

An datum, adverſùs unum atque alterum ſaltem judicium, cujuscunque generis illud ſit: Curiale, Keyſerlich Hoffgericht? Provinciale, Keyſerlich Landgericht? Secretum Weſtphalicum, Heimlich Weſtfäliſch Gericht? Freygeding? Freygericht? Freyſtuel? Feymg? Rotwilenſe? Camerale Spirenſe? An non adverſus omnia quæcũq; tandem illa ſint judicia, extra Septemvirorum Ducumq́; Saxoniæ provincias, ſita?

*Ejus, adverſus quem datum, acceptũvè.*

Adverſùs omnia datum eſſe ut dicam, mihi non modò confirmat, ſed etiam perſvadet

1. Sigismundi Imp. allegatum, ac (id quod privilegium Ferdinandicum evidenter demonſtrat §. Es weren auch vnſere Vorfahren) de appellatione etiam intelligendum privilegium. Ib: Daß jhre Edlen/ Ritter/ Knecht vnd Vnterſaſſen in dem Churfürſtenthumb zu Sachſen/ vnd andern ſeinen Landen/ Fürſtenthumen/ Geſeſſene/ für kein andern Richter oder Gerichte/ noch ſonſten zu Rechte/ dann allein für den obgenandten Hertzog Fridrichen/ vnd ſeinen Erben/ oder für jhren Amptleuten/ in den Gerichten/ darinnen ſie geſeſſen ſeyn/ vnd darein ſie gehören/ vmb einerley Sache willen pflichtig ſeyn ſollen/ zu ſtehen vnd zu antworten.

2. F. S. Landsordnung zu Weymar H. Johan Frid. des mittlern/ H. Johan Wilhelms vnd H. Fried-

richs des jüngern Gebrüder H. zu S. cujus verba hæc ſunt: Were es auch ſach/daß ſich jemand/wer der were/ in vnſern Landen/Herrſchafften vnd Gebieten geſeſſen/ an den ordentlichen Gerichten in vnſern Landen/ nicht würde benügen laſſen/ſondern darvon beruffen vnd appelliren, oder ſonſten ausländiſche Gerichte / wider die Vnſern/zuwider der löblichen vnd im Haus S. wolhergebrachten Freyheit vnd Gewonheit ſuchen / der ſol ſeiner Lehn vnd Erbgüter verluſtig ſeyn / oder in mangel derſelben am Leib geſtrafft werden.

## V.

An datum, adverſus ipſum quoque judicium aulicum Cæſareum: den Keyſ. Reichs Hoffraht? Ipſumque adeò etiam Cæſarem?

Adverſus ipſius quoque Majeſt. Cæſareæ judicium aulicum, ipſamque adeo Majeſt. Cæſar. datum eſſe de non evocando privilegium probant:

1. Verba ejus excluſiva fortiſſima: Für keinem andern Richter oder Gericht / noch ſonſten zu Rechte / dann allein für obgenandten Hertzog Friederich vnd ſeinen Erben/vnd für jhren Amptleuten/in den Gerichten/ darinn ſie geſeſſen ſeynd. Item daß ſie auch niemand vor einig Landgericht oder ander Gericht auswendig der ehe genandten Landen/ꝛc.

2. Cæſaris in duobus ſaltem caſibus reſervatio: Es were dann daß den Klägern wiſſentlich Recht verſagt oder gefährlich verzogen würde/ So mügen ſolche Kläger jhre Rechte vor vns oder vnſere Hoffgericht wol ſuchen oder fordern. Nam qui ſibi, ſuoq; judicio curiali, vel aulico, in iſtis ſaltem caſibus duobus cognitionem reſervat, in aliis ei renuntiat.

3. Ter-

3. Quòd longè alius ſtylus ſit privilegiorum, in quibus Cæſari cognitio ſua, in omnibus cauſis reſervatur. Veluti in privilegio Urbis Brunſvigæ, quod extat *p. 3.* des F B. Hiſtoriſchen Berichts *f.* 1439. Ibi enim ſanctioni de non evocando expreſsè additur generalis hæc reſtrictio: Salvâ Majeſtatis noſtræ audientiâ.

4. Quod privilegium de non appellando, de ipſo quoque Cæſare diſertè loquatur: Weder an vns/ vnſere Nachkommen am Reich/ oder Keyſerlich Kammergericht/ oder jemand anders.

5. Quibus omnibus addenda *Magnifici, Nobiliſſ. Ampliſſ. & Conſultiſſ.* Dn. *Præſidis collectio* Diſcurſ. *in A. B. c. 11. th. 11.* Electorum ſubditi ad quodcunque aliud tribunal, præterquam ipſorum Electorum, citari vetantur. Quare nec ad ſummi principis curiam citati comparere tenentur.

# *VI.*

An item adverſus aliorum quoque ordinum Imperii judicia: Eccleſiaſtica? Politica?

Putarem id affirmandum,

Et de Eccleſiaſticis quidem

1. Propter verba Martini 5. Papæ, Fiderico I. Electori Romæ Anno 1422. dati privilegii: Autoritate Apoſtolicâ, tenore præſentium ſtatuimus & ordinamus, quod nullus ex ſubditis tàm univerſitatibus civitatum, oppidorum & villarum, quàm ſingularibus perſonis prædictis, & in ipſius Marchionis Dominio degentib9, cujuscunque etiam dignitatis, ſtatus & conditionis fuerit pro quibuscunque civilibus & criminalibus cauſſis per quospiam, quamvis etiam ſedis Apoſtolicæ auctoritate fulgentes, quarumlibet literarum Apoſtolicarum hactenus impetratarum, vel in poſterum impetrãdarum, quæ de præſenti indulto plenam & expreſſam, ac de

verbo ad verbum mentionem non fecerint, vigore ex-
tra Diœceſin citari vel conveniri, aut alias ad judicium evocari poſſit vel debeat, quoquo modo.

Et 2. dictam conſtitutionem Wilhelmi 3. ejus nominis Ducis Saxoniæ, *artic. 3. ibi:* So haben wir geſatzt vnd beſtalt etc. Item artic. 6.7 8. & 9

De ſecularibus verò propter univerſalem locutionem A. B. *d. c. 11.* Privileg. Sigismundini, Capitulationis Ferdinandi 2. Imp. § 14. & conſtitutionum provincialium.

## *VII.*

An deniq; adverſus ipſum territorii alicujus principem vel ſuperiorem Dominum? Ita, ut ſi civitas ei ſubjecta privilegio de non evocando, vel appellando ornata ſit, evocare cives ad judicia principis extra urbem, vel eò appellare, non ſit licitum?

Nego I. Quoniam privilegia ſic concedenda & ſic interpretanda ſunt, ne damnum vel præjudicium, tertio inferant, *l. 2. § ſi quis à principe ff. ne quid in loco publico c. quamvis de reſcript. in 6 Forſt. de ſucceſſ. ab inteſt. lib. 6 c. 36. n. 14. Schrad. de feud. p. 4. c. 1. n. 31.* Salvo, quod ajunt, jure tertii, intelligenda ſunt: den dritten ohne Nachtheil *Reink. de regim ſecul. lib. 2. claſſ. 2. c. 8. n. 28. Card. Tuſch. pract. concl. tom. 6. lit P. conc. 729. n. 10. Schurf. cent. 2. conſ. 63. n. 11. & conſ. 76. n. 13. Chriſt. Mingius de ſuper. territ. concl. 20. Geil. 2. obſerv. 142. & 2. obſerv. 1. n. 14. & obſerv 54. n. 6.* Imò nusquam præſumitur princeps, quod jus alteri quæſitum tollere velit, etiamſi reſcribat in materiâ, in quâ pro ſuo arbitrio poſſit jus alteri auferre, ut latè deducit *Schurf. cent. 3. conſ. 10. n. 32. & ſeq. Card. Tuſch. d. l. conc. 685. & ſeq. per tot. Comſ. ad l. 3. ff. de conſt. princ. n. 4. Card. Tuſch. d. l. conc. 729. n. 3.* Unde & Camera Imperialis privilegiorum inſinuationem non aliter recipit, quàm ſalvo jure Imperii, & tertii, teſte Reinkingio *d. c. 8. n. 29.* ubi & receptionem quandam ſub hâc clauſulâ decretam fuiſſe dicit: In Sachen begehrter inſinuation privilegiis, iſt daſſelbige / doch vorbehaltlich des H.

Rö-

Römiſchen Reichs Ober vnd Gerechtigkeit/ auch männiglichs intereſſe vnd Einrede dargegen zu jederzeit vorzubringen/ ſo viel Recht hiemit angenommen/ darüber der geſtalt Vrkundt erkennet/ auch N. N. der Collation vnd gebetener reſtitution original halben ſein begehren zugelaſſen.

II. Propter ſingularia & inſignia reſcripta, & præjudicia Sigismundi Imperatoris, quæ extant integra, *p.* 3. Des F. B. Berichts von der Land vnd Erbſtadt Braunſchweigk *f.* 1441. 1442. Data, Tathæ, Jauienſis diœceſis Anno 1424. Augusti die 25. Quibus declarat: Privilegium civitati Magdeburgenſi datum de civibus ad alia forenſia judicia non evocandis, Archiepiſcopo & Eccleſiæ, in jurisdictionibus & judiciis ipſorum, nullum importare debere præjudicium.

## IIX.

An privilegium de non evocando, propter rigidiorum judiciorum Weſtfalicorum proceſſum, vel propter minùs rectè quondam conſtitutum Rothwilenſe judicium datum ſit? II. *Circumſtantia cauſſæ.*

Neutrum puto: Sed pro ſubditorum, ad extranea judicia proficiſcentium, capturas, mutilationes, ſpoliationes atque alia damna, propemodum innumerabilia, in magiſtratus ipſius damnum & diſpendium redundantia. Quia divitiæ ſubditorum, divitiæ principum. Georg. Lauterbeck im Regentenbuch *p.* 2. *c.* 11. Et hoc patet.

I. Ex illis generalibus verbis privilegii Sigismundini de non evocando: Vmb des willen/ daß deſſelben Reichs Vnterthanen ſeliglich an jhrem Weſen zunehmen.

II. Ex ante allegati Martini 5. Papæ privilegii verbis ſpecialioribus. Per quæ non nunquam contingit, ipſos ſubditos in viis, per æmulos, & ipſius Marchionis inimicos capi, mutilari, ac bonis & rebus ipſorum, miſerabiliter ſpoliari, in ipſorum, Marchionis, & ſubditorum, præju-

 di-

dicium, non modicum & gravamen. Quare pro parte Marchionis &c.

Quibus ſingulare firmamentum afferunt, *Novellæ Juſtiniani 41. & 50.* (Eas enim conjungendas, docet *ad d. Nov. 41.* Cujacius) Quibus neceſſitatem appellandi ad Quæſtorem exercitus ſui, ad Scythiam & Myſiam commorantem, propter vicinitatem & pericula ceſſantia Scythis & Myſis quidem ulteriùs imponit: Curiæ autem, & Cypro, & Cycladibus inſulis, quarũ caput Rhodus eſt, remittit. Ne teneantur fortè etiam ſuper pecuniis non magnis, & hyemis tempore, appellationes in locis longè remotis exercere: Et periclitari: Et peragere maria longiſſima: Et appellere in regionibus infeſtatis à barbaris. Decet enim, vel imprimis Imperatorem, procurare utilitatem civium; Et ejus obtinendæ causâ, etiam à generalibus juris regulis & conſtitutionibus recedere: Ut Auguſtum Imperatorem optimè admonebat maximæ tum autoritatis SC. Trebatius, cũ aliis viris ſapientibus, de admittendis codicillis nec ne? Conſultus. *Prin. Inſt. de Codicill.* Cui adde *§ 2. verſ. fin. Inſt. de uſucap. l. 3 ff. de off. præſ. l. un. §. 14. C. de caduc. toll. l. 2. C. de paſcuis pub.* Scilicet, ut magis propitium Deum habeant, cùm tantoperè curant, ne quid detrimenti ſubditi accipiant. *N. 149. c. 3.* Nec videantur deſpicere homines, quos tradidit ipſis Deus, in hoc, ut iis per omnia parcant. Ejus ſequentes benignitatem *Nov. 8. c. 11. l. 27. C. de don. int. vir. & ux.*

## IX.

An juris Saxonici in aliis Imperii judiciis ignorantia, pro cauſsâ principali privilegii de non appellando habenda?

Juris Saxonici Ignorantiam, non eſſe principalem cauſſam, ſed tantum minus principalem

Primùm ex eo conſtat, quod univerſi electores id privilegium habeant. Tametſi jus Saxonicum non obſervandum ſit in Moguntini, Trevirenſis, Colonienſis, Palatini Ditionibus, extra Saxoniam ſitis, ſed Franconicum.

2.

Deinde ex tenore ipſius privilegii Ferdinandini Anno 1555. In quo, inter novem illas ibidem enumeratas, hæc tertium demum locum obtinet.

Tertiò ex eo quod in Camerâ & quovis ſummo judicio judicatur ſecundum ſtatuta, jus, conſvetudinem, inferiorũ tribunalium. *Ordin. Cam. part. 1. tit. 57. Gail. 1. Obſerv. 36. n. 14.* Inque diſtributione actorum in Camerâ, ad hoc attenditur, ut referentium alter Saxonici juris ſit gnarus: Et ſi plures ad aſſidendum præſentantur, originarii cujuslibet circuli præferuntur. *Mynſing. cent. 4. obſervat. 31. ex ordinat. part. 1. tit. 4.* Scilicet, quia jus, in quo verſatur non ignorare præſumuntur. *arg. l. 2. §. 43. ff. de Orig. Jur.*

Quartò ex eo, quod iſtac ratione, nec ex aliis omnibus provinciis in quibus adhuc, vel in totum, vel ex parte ſaltẽ, ſupereſt jus Saxonicum, appellandum eſſet. *Knichen. de Sax. non provocand. jur. verb. jus, c. 3. n. 28. Zinzerling. Diſputat. de appellat. concl. 70.* Ubi ipſe ſubjungit: Cæſaream Majeſtatem hoc Electori Saxonico conceſſiſſe, quod benè conſtitutis in hujus ditione Curiis confideret. Verùm, ne hæc quidem ejus ratio pro principali habenda erit; Ut ſeries cauſſarum privilegii Ferdinandini oſtendit, quæ primam omnium rationem ex A. B. tit. 11. depromit. Et dum electoribus inprimis (Fürnemlich) privilegium de non appellando datum eſſe, ait, perinde ut Capitulatio Cæſ. Majeſt. hodiernæ Ferdinandi 2. privilegium de non evocando: non excludit Duces Saxones, ſed includit.

## X.

An privilegium de non evocando, anno 1423. demùm, Domui Saxonicæ datum ſit? An verò 1356. III. *Circumſtantia temporis*

Prius aſſerunt, qui originem ejus altiùs, atque à Sigismundo Imp. non repetunt: Subnixis verbis privilegii Sigismundini: Nach Chriſti Geburt im 1400. vnd darnach im 23. Jahre an vnſer lieben Frawen Tage Annunciationis.

Sed aſſerendum poſterius.

1. Propter *verſ. fin. tit. 11. A. B.* quæ promulgata 4. Idus

ſive

ſive 10. Jan. anno 1356. Nec obeſt prior iſta aſſertio.

1. Quia origo privilegii omninò altiùs, atq; à Sigismundo repetenda eſt: Nempè, à Carolo 4. ejusque Bullâ, ut diximus.

2. Quia Sigismundus Imp. hodiernæ Domui Saxonicæ, de gente Misnicâ, privilegium de quo agimus, non tantùm de novo dedit, quàm quòd jam ante domui Saxonicæ in gente Anhaltinâ per Auream parentis Bullam datum erat, in Miſnenſem Anno 1423. tranſtulit, & per occaſionem novæ Inveſtituræ renovavit, (& ut inveſtiendo moris etiam hodierni) confirmavit. Is enim annus ille ipſe eſt, quo Electoratus Saxoniæ, in Fridericum, primum omnium Saxonem ſeptemvirum è ſtirpe Misnicâ, per inveſtituram minùs ſolennem Presburgi in Hungariâ eſt collatus, die Epiphaniæ. *Magnificus Hortlederus in notis ad n. 107 c. 9. lib. 4. de cauſſis belli Germanici.* Mit allē Ehren/Rechten/Genaden/Freyheiten/Privilegien/Handveſten/die zu dē Hertzogthum̄ zu Sachſen von Alters gehört. Ut ex inveſtituris liquere, accepimus. Et partim conſtat ex Petri Albini Meißniſchen Landtchronico *tit. 16. Hortled. d. c. 9.*

## *XI.*

An illud de non appellando, anno 1423? An verò demùm, anno 1555. redditum? renovatum?

Anno 1423. redditum, renovatumque, cum deſvetudine penè exoleviſſet à tempore conditæ A. B. autumant, qui Sigismundinum de non evocando, cum Ferdinandino de nō appellando confundunt, & an non idcircò Ferdinandinum pro ſupervacaneo ſit habendum? diſſerunt.

Sed falluntur verbis à ſe allegati privilegii Ferdinandini. Id enim non, ne quis à judiciis Saxonicis ad aliud tribunal appellet, Sigismundino diſertè cautum eſſe dicit. Sed Sigismundinum illud de non evocando, ſemper etiam eò, ne quis appellet, interpretatione tractum, atque intellectum. Id quod ex verborum ipſorum tenore manifeſtum: Es were auch unſers Vorfahren am Reich weyland Keyſers Sigimundi hoch-

löb-

löblicher Gedächtnis Privilegium vorhanden / damit S. L. als Röm. Keyſer die Chur vnd F. zu Sachſen ſonderlich begnadet / darinn verſehen / daß niemand des Hauſes Sachſen Vnterthanen für ander Gericht ziehen vnd laden ſolte. Welches auch auff die appellation, daß dieſelbe niemands von jhren Gerichten an andere Ort fürnehmen ſolte / verſtanden worden. Subducto igitur hoc eorum fundamento, remanet, quod in quæſtione eſt poſterius, & ex clauſulâ privilegii Ferdinandi apud CL. V. Johannem Limnæum, cuivis legenti liquidum, *tom. 1. lib. 3. cap. 10. de jur. pub.*

## XII.

An privilegium de non evocando, Keſmarci? An potius, Noribergæ datum? IV. *Circumſtantia loci.*

Neceſſitas affirmandi prioris, incumbit itidem iis, qui Sigismundum (uti dictum eſt) privilegii autorem primum laudant. Hæc enim eſt clauſula extrema privilegii: Gegeben zu Keßmarck. Quam ſic declarari per aliud quoddam privilegiū, eodem ipſo loco, die & anno, ab eodem Imperatore, eidem Saxoni electori, de cerâ rubrâ in ſigillandis literis uſurpāda (quale & Schwartzburgicos habere, & Mansfeldicos, docent, *Dreſſerus millen. 6. p. 2. f. 585. Spangenberg. Chron. Saxon. c. 348.* Quibus ex Hermanni Kirchneri logato lux inferenda *lib. 2. c. 8. n. 106. Et ex Maibonio ad aur. bull. Andronici Imp. f. 14. & 15.*) datum, accepimus: Geben zu Keßmarck in Zips: Adeoq; de unâ ex ſeptem Ceculorum vel Sciculorum (der Zickler) ſedibus in Tranſſylvaniâ, Moldaviæ finitimis, intelligendam, quæ iſtâ adjectione venit Geographis, teſte Ortelio, *in theatro orbis terr. tab. 78. Salomone Kuſelio quæſtore præfecturæ Vinarienſis Saxonicæ, in dictionario Geographico. Et in receſſu Imperii Spirenſi anno 1570.* vocatur: das Zipſiſche Land / Zipſiſche Frontier: Teutſcher Nation nechſte Vormaur. §. Nach erledigten Puncten / & §. Jedoch / dieweil.

Verùm cum originem genuinam privilegii indagaturis ad Carolum usque 4. ejusque A.B. aſcendendum ſit, ut diximus th.10. rectius facturi ſumus, ſi Noribergam A.B. patriam, pro verâ quoque privilegii noſtri, quoad ortum ſive nativitatem ejus, patriâ poſuerimus.

## XIII.

V. *Circumſtantia Quantitatis. Reſpectu territorii.*

An privilegium de non evocando, iis ſaltem provinciis, quæ primus acquirens, ſive elector Rudolfus I. Saxo Anhaltinus, aut Fridericus Senior Landgravius ex ſtirpe Misnicâ, tum habuit? An verò omnibus aliis, quibus ab eo tempore aucta eſt poſteritas, conceſſum ſit?

Poſterius affirmandum ducimus.

I. Quia Carolus 4. *d.c.11.A.B.* & Sigismundus Imp. poſtea quæſitas provincias non excipiunt, ſed generaliter loquũtur & ſtatuunt, daß jhre Herrn/ Edle/ Ritter/ Knecht vnd Vnterſaſſen in dem Churfürſtenthumb Sachſen vnd andern ſeinen Landen vnd Fürſtenthumben geſeſſen / für keinen andern Richter oder Gerichte / noch ſonſten zu Rechte/ dann allein für den obgenandten H. F. vnd ſeinen Erben/oder für jhren Amptleuten in den Gerichten/darinne ſie geſeſſen ſeyn / vnd darinn ſie gehören / vmb einerley Sache willen / pflichtig ſeyn ſollen zu ſtehen vnd zu antworten. Lex autem generaliter loquens, generaliter intelligẽda, nec ab homine diſtingvenda eſt, *per text. vulg. l.8 ff. de publ. in rem act. l. 1. §. 1. ff. de legat. præſtand. l. 9. in fin. ff. de Juris & facti ignorantia Caſp. Caballin. Milleloq. jur. part. 1. Milleloq. 52. Everb. in Loc. leg. L à general. tat. 5. n. 2.*

II. Quia privilegium, quatenus jura concedentis tangit, latiſſimè eſt interpretandum *l. fin. ff. de conſt. princ. n. 2. Dec. ad l. 68. de R. S. n. 12.*

III. Quia privilegium denique ſtrictum, latam recipit

extenſionem ex uſu & conſvetudine, *Card. Tuſch. pract. concl. tom. 6. lit. P. concl. 73.* Uſu verò & conſvetudine invectum eſt, ut nullus omninò cujuscunque ſit ſtatus & conditionis, dictarum provinciarum evocari poſſit.

## XIV.

Et nominatim: An eo quoque gaudeat, Saxonum ora Franconica? Das Ortland Francken? Die Coburgiſche Pflege? Gefürſtete Graffſchafft Henneberg?

Affirmativa Limnæo *tom. 1. lib. 3. cap. 10. n. 38. de jure pub. Wench. tom. 6. Symph. c. 1. §. 6 fol. 20. verſ. extenditur &c.* placet. Quam & nos ſequimur, quoad oram Coburgicam. Quæ jam tùm, cum Anno 1423. privilegio Sigismundino augeretur Fridericus 5. Elector, ejus erat: Utpote per matrimonium parentis, Friderici Strenui, Landgravii Thuringii, cum Catharinâ principe Hennebergica, conſumatum anno 1346. acquiſita. *Spangenberg. Chron. Henneberg. lib. 5. c. 9.* Et quoad tractum Konigsbergicum in Franconia: Qui etiam jam tum ejus ipſius Friderici, poſt Electoris 1. Saxonis erat, à Gerhardo Epiſcopo Wurtzburgico emtus anno 1400. Sequeremur eandem etiam, quoad tractum univerſum Saxonico Hennebergicum:

1. Quia verba privilegii Sigismundi: Vnd andern ſeinen Landen vnd Fürſtenthumben. Et verba confirmatoria Maximiliani 1. Imp. in literis Oenipontinis anno 1497. vnd in andern jhren (Friderici 3. Electoris & Johannis Ducis) Landen vnd Herrſchafften geſeſſen / etiam hæredes eorum quibus tùm dabantur, concernunt, & ſic quoque ditiones hæredum.

2. Quia & rationes privilegii de non appellando: nec non rationes potiores privilegii de non evocando, de quibus *th. 13.* diximus, etiam in tractu Hennebergico locum obtinent. Niſi uſus nos deſtitueret.

# XV.

*Reſpectu cauſſæ.*

An controverſiæ feudalis gratiâ, evocare extra provinciam ſubditos Saxonicos, (Verbi gratia: Ad judicia Regia in Bohemiam) liceat?

Subditi, alterius principis, Vaſalli, in cauſsâ feudali ab eo evocari poſſunt, per verſiculum A B. notabilem, qui in Germanicâ verſione A.B. *d. c. 11. in fin.* extat: Tametſi (neſcio quâ de cauſsâ) in latinâ verſione deſit. Et accedit huic loco Aæ. Bæ. Conſtitutio provincialis Wilhelmi 3. Ducis Saxoniæ *tit. 3. Ibi:* Ausgeſchloſſen wo geiſtliche Leute zu ſchicken gewönnen vmb geiſtlich Lehn / das mögen ſie austragen an den Enden / da es ſich gebühret. Idemque aliis moti argumentis, tametſi eo A. B. loco non animadverſo, tradiderunt, *Schrad. de Feud. p. 10. S. 1. n. 202. & Henr. à Roſentb. de Feud. c. 12. conc. 1. n. 25.* Nec secùs paſſim uſu obſervari ſolet. Adeo ut Johan. Meichſ. *Deciſ. Camer. tom. 2. lib. 2. deciſ. 1. n. 12.* notiſſimam hanc eſſe Germaniæ conſvetudinem & indubitatam dicat.

Nihilò tamen minùs excipimus cauſas, feuda ea Bohemica quæ ſubditi Saxonici non à regno immediatè, ſed mediatè ab Electore Sereniſſimo, Ducibusvè Saxoniæ habent, concernentes; Propter pactum Uladislai Regis cum Domo Saxonica Anno 1488. die Stephani: Aber die Manne / die von S. L. ſeinen Erben vnd Nachkommen / Lehn haben / vnd haben würden / ſollen derſelben S. L. vnd jhren Nachkommen / als Margkgraven zu Meiſſen / als jhren Lehnherrn / zu Austrage kommen.

# XVI.

An liceat evocare eos, ratione delicti? Vel, ratione dicendi teſtimonii?

Quamvis de jure Communi locus delicti & contractus forum tribuat, *auth. in provincia. c. ubi de crim. agat. l. omnem l. argen-*

*gentariam ff. de jud. l. hæreſ. §. 1. & 2. ff. eod.* Attamen cum verba textus A. B. generaliſſima ſint: Nimirum, pro quacunque cauſâ criminali, civili, vel mixtâ, ſeu quocunque negotio; putarem, id rectiùs negari, præſertim cum hodie remiſſiones non admodùm frequentari ſoleant, & nocentes ibi plerumque puniri, ubi inveniuntur & morantur Weſenb *de judic. n. 16. in Paratit.* Teſtimonii tamen dicendi cauſſa evocari poſſe *Magnif. Nobiliſſ. & Conſultiſſ. Dn. D. Arumæus Diſcurſ. 5. ad A. B. theſ. 11.* ſatis probat.

## XVII.

An evocare eos, vel appellare iis liceat, in caſu denegatæ juſtitiæ. *Reſpectu proceſſ.*

Affirmo, propter expreſſa illa verba: Es were dann/ daß Klägern wiſſentlich Recht verſaget oder verzogen würde/ ſo mügẽ ſolche Kläger jhr Recht vor vns oder vnſern Hoffgerichte wol ſuchen vnd fordern/ als müglich vñ billich iſt. Caſum denegatæ juſtitiæ in privilegiis noſtris excipientia. Et rectè quidem. Nam cum Reges & Principes conſtituti ſint, ut faciant judicium & juſtitiam, ſicuti Regina Sabæ Regi Salomoni dicebat, *lib. 1. Reg 10. Sap. cap. 6 Pſal. 82. & Phil. 5 pol. 10.* Reges cuſtodiæ defenſioniſque cauſsâ conſtitutos, ut & locupletes prohibeant injuriâ, & inopum multitudinem contra locupletum injurias tueantur: conſequens eſt, ſi juſtitiam ſubditis denegaverint, indignos ſe judicantium officio facere *c. ſit tibi Nor. de mand. princip. Gail. 1. obſerv. 28. n. 1.* Remotâ enim juſtitiâ, quid aliud ſunt regna, quam magna latrocinia? *Auguſt. lib. 4. de Civit. Dei.* Unde ab officio judex removeri poteſt, ſi magna ſit ejus negligentia *l. ſi quos C. de offic. præfect. præt. orient. l. cum quib. de procur. Gail. d. obſerv. 28. n. 8. Farin. lib. 1. t. 5. q. 37. n. 74. de jud. & teſt.* & rex propter injuriam deponi poteſt *Land. q. 155. de princ.* Injuſtitia enim facit vacillare corda ſubditorum à ſuis Dominis *Knich. de Sax. non provoc. jur. in verbo jus c. 3. n. 8. Magnif. Arum. d. diſc. 5. th. 18.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-37704-p0021-8

## XIIX.

Itemque an liceat in caſu nullitatis?

In caſu nullitatis appellare non licere, docet ipſum privilegium, quod non modò generaliter & verbis generalibus conceſſum eſt: ſed etiam conceptum verbis univerſalibus pluribus & admodùm prægnantibus, & præterea etiam ampliativis in §. Wir bewilligen: Von keinen Bey- oder Endurtheilen durch niemands wes Standes/ꝛc. Item weder an uns ꝛc. in keinerley Weiſe kräfftig. Item derogiren keine Krafft/ ꝛc. Zu keinem Abbruch. Item in §. Doch auch darüber gantz krafftlos/ꝛc. Verba namque Univerſalia majoris ſunt efficaciæ quam generalia *Br. in l. generaliter §. uxori ff. de uſufr. legat. & l. ita ff. de aur. & arg. leg. Cravetta conſ. 86. n. 6. & conſ. 194 n. 4.* Adeò ut omnia comprehendant quæ excogitari poſſunt *arg. l. Julianus ff. de legat. 3 & ſimilib. Frider. Pruckm. conſ. 2. n. 33 34. & 35. Cravetta conſ. 105. n. 3. Bald. conſil. 326.* Ubi ait: verba univerſalia adeo omnia comprehendere, ut nulla perſona, nullus caſus, nullusque locus exceptus intelligatur. Quemadmodum in ſpecie tradunt verba univerſalia privilegiis inſerta hãc habere naturam, ut omnia comprehendant, quæ excogitari poſſunt, quod multis probat *Tiber. Decian. conſ. 35. n. 48. vol. 2. Cravetta conſ. 308. n. 6.* In ſpecie verò ne nullitatis quidem prætextu ſubditis Saxonicis appellare licere multis rationibus adductis Knichenius diſſerit, *de Sax. non provoc. privil. In verbis litteræ provocatoriæ neſcium c. 1.* A quo tamen Beſoldus propter præjudicia quædam Cameralia, de quibus in ipſa diſputationis arenâ videbimus, diſſentit *c. 2. de appellat. n. 19.*

## XIX.

VI. *Circumſtantia qualitatis.*

An privilegium de non evocando, ſubditos ſolùm, non Electores ipſos ſive Duces Saxones concernat? Sic, ut hi quidem ad judicia extranea citari atque evocari poſſint, ſubditi non item?



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-37704-p0022-4

Ad hoc reſpondet ſup. honorificè compellatus D. Præſes anteceſſor meus, omni obſervantia colendus. Cum Bulla diſertis verbis ſaltem mentionem faciat ſubditorum, non obſcurè eo innui, ad Electores atque Duces Saxoniæ ipſos, beneficiũ ejus privilegii non extendi. Quare, ſi vel ipſi à ſuis ſubditis conveniantur, vigore ordinationis curiarum provincialium Saxonicarum, coram iis de bonis, ſeu reditibus Cameræ, ſtare ſeu reſpondere cogi. Si vero à non ſubditis in cauſis in primâ inſtantiâ ad Cameram pertinentibus conveniantur, ſubjacere eos jurisdictioni Camerali. Quod & verum eſt. Nam privilegium de non evocando ſubditos ſaltem concernere *ex A.B. c.11. & Privilegio Sigismundino* §. Daß jhre Herren/etc. evidentiùs patet, quàm ut negari queat.

## *XX.*

An privilegium de non evocando, à privilegio de non appellando diſtinctum ſit?

Diſtincta eſſe privilgia inficias ire nemo poteſt, qui A.B. Caroli 4. tit. 11 vel ipſorum privilegiorum tenorem inſpexerit. Primo enim ſubditi Saxonici ad quodcunque tribunal extraneum evocari vetantur *Arum. d. diſcurſ.5. th.11. Buxdorffius diſſert. ad A.B. conc.94.* Altero conſtituitur, quod nulli Comiti, Baroni, Nobili, Vaſallo vel Ruſtico Electorum, Ducumve, à ſententiis ipſorum; aut etiam judicum ipſorum appellare liceat. *Arum. d.diſc.th 13.*

Diſſentiunt tamen Limn. *lib.3.de jur.pub.c.2.n.67. & c.10. n.37. Zinzerling diſp.de appellat. conc.70.*

## *XXI.*

An privilegium Ferdinandi de non appellando, propterea ſupervacaneum ſit, aut certè non neceſſarium: Quod Sigismundus Imperator multô ante tempore, con-

conceſſionem A.B. ex deſvetudine in conſvetudinem redire juſſerit, atque vacillantem ſtabilierit?

Supervacuum ſanè aut certè non admodùm neceſſarium eſſe, iidem opinantur, qui alterum ab altero non diſtingvunt, Ut modo diximus. Sed cum in fundandâ hacce opinione ſuâ aberrent, ut non minus admonuimus, id quoque quod fundamento ipſorum ſuperſtructum eſt, corruit. Quin etſi planè idem privilegio Sigismundino de non evocando, quod Ferdinandico de non appellando, cautum olim anno 1423. fuiſſet: Hoc tamen non continuò, pro ſupervacuo aut non neceſſario habendum eſſet. Non ea ratione quidem, quam excogitarunt, qui de non recipienda appellatione magis, quam de non appellando ſcriptum eſſe dixerunt, à Zinzerlingo reprobati *diſp. de appellat. concl. 70.* Nec iis etiam, quas Zinzerlingi pſe affert, paulò à verbis ipſius privilegii alieniores: Sed maximè vigore rationum earum, quas Auguſtus Elector, laudatiſſimæ memoriæ, ſuo, agnatorumque Ducum nomine, in petendo attulit cum diceret; Daß ſich gleichwol in newlicher Zeit ſolches des Hauſes zu Sachſen wolher gebrachten / vnd aus obgemeldten / vernünfftigen / rechtmeſſigen Vrſachen erlangten Gerechtigkeit zuwider / etliche vnruhige Leut / denen mit Recht vnd Billigkeit in jhren vngegründter Sachen nicht Beyfall hette mögen gegeben werden / aus keiner Nohtdurfft / ſondern allein frevendlich vnterſtanden hetten / von ſeiner Lieb vnd deren Vettern / der Hertzogen zu Sachſen rechtmeſſigen geſprochenen Vrtheilen / darinnen nach fleiſſiger vielfälliger Bewegung vnd manchfaltiger Reviſion der Acten / das jenige / ſo die Recht vnd Billigkeit geben / erkandt worden / allein zu gefährlichem Verzug / Verlängerung vnd Ausflucht der Rechten vnd Juſtitien / auch Linderung der Execution / an vnſer Keyſerlich Cammergericht im Reich zu appelliren. Vnd obwol ſeine Lieb ſolchen Muhtwillen in deren Landen

Landen biß anhero nicht geſtattet/ auch daſſelbe ferner nicht zuzulaſſen/gut Fug vnd Macht hetten. Damit aber gleichwol ſein Liebd vnd die andern Fürſten vnd Hertzogen zu Sachſen deſto mehr Vrſach hetten/ ſolch vngebürlich Fürnehmen abzuwenden vnd zuvorkommen/vnd nicht auff eines jeden muhtwillig Fürnehmen/ ſolche wolhergebrachte Gerechtigkeit des Hauſes zu Sachſen erſt an vnſerm obbemelten Cammergericht weitleufftig fürbringen/ auch mit groſſem Nachtheil der armen Partheyen mit der Execution ſtille halten / oder beſchwerliche mandata vnd Proceß des Cammergerichts gewertig ſeyn dörfften. Als hetten S. L. vns ſolches nach der Lenge anzeigen wollen/ vnd dem allen nach vns vnterthänigſt angeruffen vnd gebeten/ etc.

## XXII.

An privilegio de non evocando quicquam officiat, quod à Sigiſmundo Imp. in Tranſylvania ad familiam electoralem Miſnicam ab Anhaltina, translatum, ſit à præpoſito Strigonienſi (den Probſt zu Gran in Hungaria inferiore) ſubſcriptum?

Nego: Quia Archicancellariorum eſt, in locis ad Archicancellariatum ſuum per Germaniam, Italiam, Galliam, & regnum Arelatenſe pertinentibus, ſubſcribere, aut pati, ut ſubſcribatur per eorum Vicarios. At Tranſſylvania, & nominatim Tractus Scepſiæ, das Zipſerlandt / ubi ſubſcriptum eſt à Franciſco Præpoſito Strigonienſi, de non evocando privilegium in nullâ provinciarum vel regnorum iſtorum, ſita eſt: Sed in Dacia olim; Hodiè verò in ſuperiore Pannoniâ. Vel etjam, (ſi quid adhuc receſſui Imperii Spirenſi Anno 1570. §. Nach erledigten Puncten fidendum) Hungaria: Einer

Landſchafft / die dem heiligen Reich in nichts verwandt / noch zugethan: Ut cum receſſu Auguſtano anno 1566 § Uber vorigs haben / efferã. Liberum tunc itaq; Sigismundo Imperatori fuit, tanquã Regi Hungariæ, ſubſcriptionẽ per iſtius regni vel Cancellarium, vel procancellarium procurare. Quomodo & literæ inveſtituræ ſolẽnis Friderici 1. electoris Saxonis, Budæ in Hungaria datæ, à Johanne Epiſcopo Zagabrienſi (Zagabria autem Epiſcopatus Sclavoniæ, docente *Ortelio in theat orb. tab. 76.*) ſubſcriptæ ſunt. Ut *ex tit. 16. Chronici Miſnenſis Petri Albini licet cognoſcere.*

## XXIII.

VII. *Circumſtantia Evẽtus. Sive ſucceſſ9 aut effectus.*

An is effectus ſit, & ea virtus privilegii de non evocando, ut ſubditi ad aliud tribunal citati, ne comparere quidem teneantur, & allegare fori incompetentiam?

Sanè de jure Civili, Privilegiatus ſi contra tenorem privilegii citetur, comparere, idque allegare, ac judici probare debet *l. 1. ff. de vacat. & excuſat. muner. l. ultim. C. de excuſ. vet. l. 40. ff. de teſt. milit. c. porro. c. recepimus, de privileg. c. ſi duobus de appellat. gl. in l. 7. ff. de judic.* alioquin fructu ſui privilegii privatur, *l. 7 C. de appellat.* Imò mulctatur ſecund. Bart. *in l. 2. ff. ſi quis in jus vocatus ne ierit. Georg. Acac. Enenck. de Privileg. l. 2. c. 6. n. 15.* In Camerâ autem Imperiali in extrahendis ſive decernendis proceſſibus ad fundandam jurisdictionem Cameræ, narratis ſupplicantis tantiſper fides habetur, donec in proceſſu cauſſæ contrarium probetur. *Gail. 1. Obſerv. 31 in princip.* Unde videtur effici, nequaquam privilegiato ſufficere, ut abſens privilegium alleget, ſed potius requiri, ut compareat, foriq; privilegium in loco judicii producat, ut judex ſummariè cognoſcere poſſit, an ſua ſit jurisdictio *l. 2. § 6. l. 5. ff. de judic. Mynſ. cent. 2. obſerv. 9. n. 2.*

Ve-

Verùm, quia hæc, & quæ in eandem ſententiam diſputantur, alia, in privilegiis publicè notoriis locum non habent: Utrumque autem privilegium Saxonicum de non evocando & non appellando, vel ex ſola A. B. *tit. 11.* notorium ſit, & per totum orbem manifeſtum; Ideo terrarum Saxonicarum ſubditi ad aliud tribunal citati comparere minimè tenentur A. B. *tit 8. verſ. ideoq; Et d. tit. 11. verſ. Quod ſi contra.* Sed ſufficit, eos tenorem Bullæ Carolinæ, aliorumque privilegiorum in ſcriptis judici allegare. *Mynſ. cent. 6. obſerv. 3.* Accedit fundamento huic, quod & Ferdinandicum privilegium de non appellando, Cameræ Imperiali inſinuatum ſit *Receſſ. Imper. Anno* 1570. §. Wir ſetzen/ordnen vnd wollen. *Petr. Donayſ. verb. appellationis privilegia, n. 39. in comp jur. Cam.* Et anno 1600. conſtitutum, quod ejusmodi inſinuationum major in poſterum quàm eousque ratio haberi debeat. *Petr. Donayſ. d. verb. appellationis privilegia n. 30.* Quod & jamdudum in *d. Receſſu Anno* 1570. §. Wir ordnen. *verb.* Vnd damit vnſer Cammerrichter vnd Beyſitzer ſich darnach in Ertheilung der Proceß vnd ſonſten darauff der Gebühr zu verhalten wiſſen/ conſtitutum fuit. *Arum. d. diſcurſ. th. 16.*

## XXIV.

Quod ſi verò ſcientes, prudentesque comparere velint, an inviti retineri poſſint?

Et Buxdorffius quidem *Diſſert. A. B. Conc. 94. lit. a.* ſtatuit: Privilegio de non evocando, ſubditos renunciare non poſſe. Idque uberius corroborat *Schrad. de feud. part. 10. S. 1. n. 201.* Ubi conſtitutionem illam privilegiariam adeò efficacem eſſe dicit, ut ne à volente quidem ſubdito, niſi etiam magiſtratus ſub quo degit conſentiat, ei renunciari poſſit. Cùm, quòd utilitatem publicam, nempè honorem, dignitatem, & præeminentiam, principum Electorum, aliorumq; principum & magiſtratuum reſpiciat, quæ conſervari publicè intereſt. Le-

gibus autem ſive conſtitutionibus publicam utilitatem reſpicientibus, renunciari non poſſit, *l. 38. ibi Bart. Jaſ. & DD. ff. de pact. Bart. & Dd. l. penult. C. eod. tit.* Adeò ut idem planè juris ſit, etiamſi juris quædam conſtitutio partim utilitatem publicam, partim verò privatam concernat, & altera ab altera ſeparari nequeat, *Bart. l. pen. & ibi Dec. n. 28. C. de pact. Innocent. c. accedentibus ext. de privileg. Abb. c. cum acceſſiſſent colum. fin. ext. de conſtitut.* Tùm etiam, quod potius contineat favorem Principum Electorum, ſive aliorum, quam ſubditorum, prout vel ex ſolâ rubricâ ſive titulo privilegii patet: Certumque ſit, quod legibus ſive conſtitutionibus renunciari nequeat, quæ non ſolius renunciantis, ſed etiam tertii favorem ſive utilitatem reſpiciunt. *arg. l. fin. & ibi Jaſ. & Dd. ff. de pact. l. 1. 2. & 3. ff. de liber. cauſ. Bart. l. pen. n. 6. & ibi Dec. n. 29. C. de pact.* Item quod concepta ſit conſtitutio privilegiaria verbis prohibitivis, non tantũ reſpectu actoris, ſed etiam rei: Et clarũ ſit quod juri prohibitivo, ſive verbis prohibitivis cõcepto, renũciari nequeat *gl. l. 1. & ibi Bart. C. ne fidejuſſ. gl. & Bald. Art. Imo à debito C. de action. & obligat. Bald. l. fin. oppoſ. 13. C. de Edict. D. Hadrian. tollend. Jaſon. l. penult. n. 16. C. de pact.* Et denique quod illi inſerta ſit clauſula anuullativa ſive ceſſativa: Illud autem conſtet, quod juribus, quibus illa clauſula inſerta, renunciari nequeat *gl. c. ſtatuam in princ. verb. committatur de reſcript. lib. 6. gl. c. diſpendia. verb. proceſſus eod. tit. & lib. gl. 58. ff. de rit. nupt. Bald. l. 8. C. de donat. ante nupt. & alii.*

Verùm enimverò, quicquid tandem velint, iſti pro lubitu diſputent ac ſtatuant; Nobis certè expreſſis privilegiorum verbis obniti, religio eſt, ſubditis evocatis, arbitrium ſiſtendi ſeſe, nec ne, deferentibus. Ita enim privilegium Sigismundinum: **Sie thun es dann von jhrem guten Willen/** inquit. Et ſupra allegata Caroli 5. confirmatio: **Jedoch mit dem Beſcheid: Es thetens dann die Vnterthanen mit gutem Willen.**

XXV.

# XXV.

An adhuc aliquis, poſt conſtitutam Spiræ Imperialem Cameram, ſit privilegiorum Saxonicorum uſus?

Dubitatur non immerito. Et quidem ob illud monitum Gryphiandri. Qui diſſertatione ſuâ eruditiſſimâ, de privilegiis adverſus libera vel ſecreta judicia Weſtfalica indultis finita, hodiè beneficio Cameræ Imperialis pleraque aliam formam recepiſſe ſcribit *c. 60. in fine de Weichbildis Saxon.* Id quod etiam minimè diffitendum arbitramur. Quin potiùs privilegii noſtri Saxonici de non evocando, nullum amplius adverſus ea judicia Weſtfalica (utpote funditus ſublata) uſum ſupereſſe dicimus. At valebit tamen, cum privilegio de non appellando, adverſus alia Imperii judicia, quamdiu aurea Caroli 4. Bulla & ſubſecutæ aliorum Impp. renovationes & confirmationes vigent. Valebit etiam utrumque privilegium adverſus Imperialem Cameram: Partim quia in conſtitutionem Cameræ ſereniſſima Domus Saxonica aliter non conſenſit, niſi ſalvis ſuis privilegiis, Teſtibus Maximiliani I. Imp. literis Reverſalibus, datis Neoſtadii in Auſtria 19. Feb. anno 1512. Partim quia Cameræ ordinatio anno 1555. eundem ipſum Saxonum conſenſum limitatum ſuſcepit. Ut non modò *ex ejus tit.* Vor welchen Richter vnd aus was Vrſachen möchte appelliret werden? videre licet, ſed etiam ex renovatione Ferdinandica privilegii de non appellando addiſcere §. Solche S. L. vnd dero andern Fürſten. Item §. Es were auch vnſers Vorfahrens weiland Keyſer Sigmunds Privilegium.

## Moniti Meliora Seqvemur.

*Clariſſimo atq; Doctiſſimo*

# Domino Balthaſari Kauxdorffen J. Uq; Doctorando, Amico meo pl. dilecto.

*QUi geſtit Tandem Studiorum carpere Fructus,*
*Cogitur is durum ferre Laboris Onus.*
*Ergò qui Juris tractaſti Sedulus Artem*
*Aufers quæ Vigili proq; Labore decent.*
*Hinc non immeritò jam præmia digna capeſſis,*
*Quæ Patriæ atq; Tibi Commoda larga dabunt.*

Amoris & obficii causâ faciebam,

*Johannes Krull Hallenſis Saxo.*

Mars

Mars equidem ſummos multis largitur honores;
At paucis Fors, ceu dura noverca, favet.
Quin mage Promeritum ſperatur ab arte brabæum,
Neſcia quæ ſortis digna labore refert.
Cuî faveas, res ipſa docet, doctiſſime Kauxdorff,
Gloria & haud Martis ſurgat ab arte minor.
Conjugium ingratis dudum Mars Palladis ambit
Aſt eadem nullo Martis amore beat.
Præſtat Muſarum Kauxdorffi caſtra ſubiſſe;
His etenim ſummo nomen honore cluit;
Perge ſic, & digno feliciter utere honore,
Non dubito, terris fama perennis erit.

*ſic ex animo*
*amico ſuo O.M.*
*Gratul.*

*Joachimus Geismer*
*Roſtochienſis.*

FINIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-37704-p0031-4

Ve 3759 b

VD17

M.C

Ck.158. (5) … 49.
Ve 3259
X 1975727

# DISPU … LIS

## SERENI … RIN-
## CIPUM, EX … E DU-
CALI DO … HIS:

# NON … ET
N …

*Decreto, & …* *orum*

Magnifici, N … ſſimi,

## DN. DOM … JCTI
**Celebratiſſim … Leſchwitz,**
Conſiliarii Saxon … e Rectoris,
& Scabinatus Ord … ncialis Ad-
ſeſſoris pri … oris
ſ …

***Pro conſequen …* *Privile-***
***giis, …***

BALTHA … FIUS,

BIBLIOTHECA PONICKAVIANA
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)
H. G. P.

Liter …

2.60.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-37704-p0033-5